



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.49. Guntramus Aureliæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

faciendas confirmarent. Concesserunt Sæculum VI.
A. C. 585.
Patres, quod petebat Rex, atque in illo Confirmationis Decreto Ecclesias S. Marcelli Cabilloni, & S. Symphoriani Augustoduni nominatim memorant; præterea illorum locorum Episcopis Regibusque sub Anathematis pœna prohibent, ne futuris temporibus Bona donata auferant, vel minuunt.

§. XLIX.

Guntramus Aurelicæ.

Concilio soluto Rex Guntramus professionem suscepit Parisios Clotarium puerum Nepotem suum Chilperici filium e fonte Baptismi levaturus, quod tamen non nisi post elapsos annos sex factum est. Rex in transitu Civitatem Aurelianensem ingressus, exceptus est ingenti clamore populi maximam lætitiâ profitentis, præprimis vero Judæorum, vota ingeminantium, ut omnes Nationes huic optimo Regi subjicerentur. Facile intellexit Rex, quid adulatione manifesta circumcisi isti sibi vellent, scilicet ut eorum Synagoga multis abhinc annis a Christianis dejecta, repararetur; at prandio assidens dixit: nunquam feram, ut hoc fiat. Tum ad Episcopos præsentibus: *Unam Gratiam rogo vos! date mihi crastina die Benedictionem vestram domi meæ, ut ingressus vester mihi salutaris accidat.*

*Greg. VIII.
6. 2.*

K 3

cidat.

Sæculum VI *cidat.* Id est, ad mensam regiam invitavit Episcopos. Gratias egerunt omnes, & Rege pranso surrexerunt; unde colligimus, & Episcopos assedisse.

Altera die tempore matutino Ecclesias visitans, & preces persolvens venit ad S. Avitum, ubi S. Gregorius Turo-nensis habitabat. Is Regis præsentia lætissimus & adventanti occurrens ro-gabat, ut S. Martini Benedictionem vellet recipere. Consensit Rex & potu sumto Episcopum ut veniret ad prandium invi-tans, contentus discessit. Ceterum Ber-trando Burdegalensi & Palladio Santo-nensi admodum iratus, quod Gundebaldi factionem secuti fuissent, eos in conspe-ctum admittere volebat, & ægre reli-quorum precibus dedit, ut assidere men-sæ Regiæ ipsis liceret. Ad Bertrandum dixit: *Multum profecto tibi debeo, ob fidem Generi tuo egregie præstitam; nam meminisse oportebat, quod Matrem meam & me sanguinis propinquitate contingas, ne hostem externum in me excitares.* Tum conversus ad Palladium: *Tu quoque de me præclare meritus es, tu, inquam, qui fidem mihi juratam ter fregisti.* Non nulla etiam Nicasio Engolismensi & An-tidio Aginnensi exprobravit. Tum ablu-tis manibus & Episcoporum Benedictio-ne accepta cum ipsis mensæ assedit.

Convivium
Regium.

Rex

Rex prandens petiit a Gregorio Turo-
 ronensi, ut cantare juberet Diaconum
 suum, qui pridie Graduale pronuncia-
 rat. Deinde etiam jussit, ut unusquis-
 que Episcoporum cum uno Clericorum
 suorum unum Responsorium decantaret.
 Tum etiam Episcoporum precibus Chil-
 debertum Regem, qui ipsi filii loco erat,
 commendavit, statimque omnes pro u-
 troque Rege Patruo & Nepote Oratio-
 nem ad Deum pronunciarunt. Tandem
 Guntramus vehementer animo commo-
 tus multa in Episcopum Massiliensem
 dixit, incusans atrocissimi facinoris, quod
 ipso Auctore Chilpericus Rex fuisset tru-
 cidatus. Altera die Gregorius Turo-
 nensis Garacarium Comitem Burdega-
 lensem & Bladastum, qui factionem Gun-
 debaldi secuti postea ad S. Martini Asy-
 lum confugerant, in conspectum Regis
 adducit; at cum jam prius iisdem exo-
 rare veniam conatus fuisset, sed frustra,
 Regem alloqui ausus est in hunc modum:
*Audi me, Rex! Legatione Domini mei
 ad te defunctus sum; quid reversus dicam,
 cum respondere mihi non sis dignatus?*
 Rex miratus dixit: *Et quis est Dominus
 tuus, cujus Legatus fuisti?* Gregorius
 subridens: *Nullus alius nisi S. Martinus.*
 Rex vocatos ad se Garacarium & Blada-
 stum, postquam aliqua acerbe ingessisset,
 in Gratiam recepit.

Sæculum VI.
 A. C. 585.

c. 3.

c. 4. 5.

c. 6.

K 4 Die

Sæculum VI. Die Dominica sequente Rex in Eccle-
 A. C. 558. siam venit Missæ adfuturus. Episcop
 Palladium elegerant, qui illa die officium
 c. 7. Divinum perageret, cumque Prophetiam
 Mabill. lit. quæ ante Epistolam ritu Ecclesiæ Galli
 lib. 1. c. 3. n. canæ legebatur, recitare inciperet, qua
 10. c. 5. n. 4. sivit Rex, quis celebraret Missam, &
 audito Palladii nomine vehementer of-
 fensus dixit: *quis? ille in me toties per-
 jurus hodie sacra proferet? saltem ego non
 audiam, sed Ecclesia excedam.* Simul hi
 ad fores procedebat. Episcopi suo
 Confratris pudore attoniti dicebant ad
 Regem: *vidimus ipsum a te convivio ab-
 hiberi, & Benedictionem manu ipsius da-
 tam recepisti. Si credidissemus, te hu-
 re offensum iri, alterum ad Missam ce-
 lebrandam elegissemus. Permite, ut Of-
 ficiam compleat.* Palladius contumelin-
 turbatus in Sacristiam confugerat; ve-
 rum a Rege revocatus officium absolvit.
 Exinde accidit alia die, ut Palladius &
 Bertrandus convivio Regio assidentes
 acerbissime jurgarentur, alterque alteri
 adulteria & perjuria exprobraret. Ad hæc
 quidem multi ridere, sapientiores vero
 alte ingemere. Dum a Rege exeunt ob-
 strinxerunt se etiam data cautione quod
 ad Concilium 23. Octob. celebrandum
 venturi essent. Rex Theodorum quo-
 que Massilienem venire jussit, ut in hoc
 Concilio staret, cumque aliquamdiu in
 carce-

c. 12. 13.

carcere detinuit; sed Childeberti Regis ^{Sæculum VI.}
 precibus (nam illa Civitas in ipsius Di- ^{A.C. 585.}
 tione posita erat) dedit, ut eum nullam
 pœnam subire cogeret.

§. L.

Concilium Matisconense secundum,

Tandem ubi præstituta dies advenit, ^{to. 5. p. 979.}
 nempe vigesima tertia Octob. ^{V. Coimt. 585}
 cilium Matiscone congregatum est. Ad- ^{n. 60.}
 fuere Episcopi quadraginta tres, quorum ^{Thom. disc. 2.}
 primus legitur Priscus Lugdunensis, & ^{p. 1. 1. c. 4.}
 Patriarcha appellatur, quo Titulo illo ^{n. 10.}
 tempore præcipui inter Metropolitans or-
 nabantur; Lugdunum vero inter Civi-
 tates Metropolitanas in Regno Guntrami
 prima habebatur, in qua etiam Rex sæ-
 pe versabatur. Præterea Archiepiscopi
 quinque in hoc Concilio numerabantur,
 scilicet Evantius Viennensis, Pretexta-
 tus Rothomagensis, Bertrandus Burde-
 galensis, Artemius Senonensis, & Sul-
 pitius Bituricensis. Inter Episcopos præ-
 aliis memorandi sunt, Syagrius Augu-
 stodunensis, Orestes Vafatensis, Auna-
 carius Antissiodorensis, Hesy chius Gra-
 tianopolitanus, Theodorus Massiliensis,
 Palladius Santonensis, Pappolus Carnu-
 tensis, Raimundus Parisiensis, & Ma-
 rius Aventinus, seu Lusunensis, cujus
 habemus breve Chronicum ab anno 455.
 ubi Chronicum S. Prosperi finitur, usque

K 5

ad